

QUÆSTIO IX.

Quare Sosthenes verberatur, & quisnam esset?

53. Multi volunt, quod iste Sosthenes idem sit ac Crispus de quo fit mentio supra vers. 18. de illo, ac de hoc vers. 17. uterque dicitur Archisynagogus, seu Princeps Synagogæ.

54. Tamen quod fuerint distincti, verior, & communior est sententia; nam Judæi in una, & eadem Civitate non habebant plures Synagogas, sed unam tantum, & in ea unus tantum erat Princeps, & non plures, deinde Paulus eos ut distinctos commemorat. 1. Corinth. 1. n. 1. Sosthenem tamquam socium scribendæ epistolæ, Crispum vero n. 15. ut ab eo baptizatum. Casus ergo contigit quod cum Crispus esset Archisynagogus Judæorum, & factus esset Christianus, ac discipulus exclusus est à Judæis à suo Principatu; & loco ejus electus fuit Sosthenes, nam hæc facta sunt post sex menses, à quo tempore Crispus exclusus est, ut observat Baron.

Volde dicitur. 1. Cor. 1.

55. Ait textus vers. 17. Apprehendentes Sosthenem percusserunt, verberaverunt, Cardinal. Hugo existimatum fuisse à Christianis, eo quod Paulo, & Evangelio tunc resisteret, tamen D. Chrysof. Oecumen. Ganæus, & alii, quibuscum est lectio Arabica; asserunt, hanc verberationem factam fuisse à gentibus infestatione Judæorum, eo quod eorum causam frigidè, & non fortiter defendisset coram Gallione Proconsule, & quia cum jam agnovissent propensum in Apostolum.

56. Ut rei eventus demonstravit; nam factus est Christianus, ejusque discipulus. Menolog. Græcorum die 7. Decembris eum scribit Episcopum Colophonis, ac martyrolog. Roman. 28. Novembris sic habet: Apud Corinthum natale Sosthenis discipuli B. Pauli, ejus mentionem facit idem Paulus Corinthiis scribens: Hic ex Principe Synagoga conversus ad Christum, ante Gallionem Proconsulem acriter verberatur præclaro initio fidei sue primordia consecravit. Inde merito ille tali nomine insignitus est, ut dicatur Sosthenes: nam idem est, ac Salvator robustus in negotio suæ salvationis extitit fortis, ac robustus sustinens multa cum patientia, & mansuetudine flagella, & verbera agnoscens illa, & Dei manum ad nostrum majus emolumentum.

57. In præclara visione interrogatus Jeremias à domino cap. 1. n. 15. quid videret, ait ipse: Virgam virgilem ego video. Theodoretus legit: Ego video virgam amygdalinam, quænam est ista virga amygdalina, quid habet unum cum altero, virga est ad flagella, & verbera, flores ad suavitates, & delectationes, talis est virga Dei, si permittit verbera, & persecutiones ex eo est, ut inde ex eis germinetur sua viliissimi flores gratiæ, cælestiumque donorum, unde considera, quod non virga olivæ, vel palmarum, sed amygdalina; hæc enim, ut notant Carthusian. & Hugo, inter omnes arbores citissimè, ac prius pullulat in suos flores, & fructus, sic Deus permittit virgam in suos justos ad verbera, qui valde citissimè tubleat cum medicamine, ac suavitate divina gratiæ, atque suorum donorum.

58. Ait Christus D. Ioan. 15. n. 1. Pater meus agricola est, quid habet Æternus pater cum agricola, quem datur combinatio inter unum, & alterum Agricola arborum ramos amputans, vel aratro terram scindens, ex talibus percussionibus facit exortiri magnos, & uberes fructus, sic Æternus pater per sectiones, ac verberationes facit in suis electis præ-

claros virtutum proventus, sic de Æterno Patre differit D. Athanas. in disp. cum Ario habita in concilio Nicæno, & ait: Ambulans pater in vinea, hoc est in cellis animæ omnia purganda, & insolentia tollit, ne lignorum luxuries insolens fructum eorum non præferat, quem agricola desiderat. Sollicitus agricola luxuriantes, ac inutiles ramos amputat, ut bona arbor exuberantes fructus præferat. Vide supra c. 2. quæst. 26. n. 233. 234. 235. & cap. 5. q. 25. num. 189. 190. & 191.

D. Athanas.

QUÆSTIO X.

Quare D. Paulus modo rotondit caput?

Ait noster Textus loquens de nostro apostolo Qui sibi rotonderat caput; habebat enim votum. Aliqui Codices legunt in plurali rotonderunt sibi caput, & sic habet Æthiopic. Rasa fuerunt capita eorum, tamquam quod hoc referatur ad Aquilam, & rriseam.

59. Varii Codices. Æthiopic.

Sed sine dubio legendum est in singulari ordine ad D. Paulum, ita in singulari nostra Vulgata Græcus, Syriac. Arabic. D. Chrysof. Beda citans D. August. & D. Hieronym. & communiter alii multi, qui omnes tenent D. Paulum fuisse Nazaræum, cujus religionis observantia erant rigidissima, abstinendi scilicet à vino, non tangendi mortuum, & nutriendi comam, cum multis aliis, de quo latè lib Num. 6. ad hoc se voto obligabant, de quo dixi Opusc. 3. Refol. 5. q. 3.

Num. 6.

Cum D. Paulus esset religione Nazaræus jam Christianus, & apostolus factus propter vitandum aliquod judæorum scandalum, adhuc aliqua legalia observabat, ut vidimus cap. 16. de Circumcisione Timothei; quia ut optimè Lyran. Divinus Spiritus voluit, ut in primitiva Ecclesia illi, qui ex Gentilitate convertebantur, gentilitatis ritus omnino dimitterent, ut pote malos, & semper à Deo reprobatos: At qui ex Judaismo convertebantur, quamvis eorum ritus, ac ceremoniæ omnino cessassent, tamquam impleti per Christi passionem, utpote à Deo instituti in figuram Christi quæ cessat adveniente veritate, tamen aliquando fuerunt permixti, ne aliquis crederet fuisse semper malos, & reprobatos à Deo, & paulatim, ac suaviter dimittenda fuerunt legalia, & ad Christianas leges transcendendum. Vide supra c. 17. q. 10. n. 81. 82. & 83. Paulus cum esset professione Nazaræus per multum tempus, ac annos à sua conversione nutritisset comam more Nazaræorum, cum jam per multum annorum tempus veraretur inter Gentiles, & de Corintho transisset Ephesum, rasit comam, antiqua, & vetera abolens seque in omnibus renovatum in Christo ostendens ad tot, & tanta pericula eminentia superanda.

61. Lyran.

Lyran.

Paulus paulatim animos disponit

62. Paulus antiqua abijt

63. Joan. 10.

Scribit Ioan. 20. n. 22. Facta sunt Encania in Jerusalem, & hiems erat. Encania hoc est, renovationes, tamquam de pristino statu ad novum, sed hoc fit in hyeme, cur non potius verno tempore, quando omnia novis foliis, floribus, ac fructibus innovantur, cunctaque suavi, ac benigna aura delectantur, cur ad hoc eligitur hyemale tempus, depestuosum, frigidum, & mæstum, cur ergo in illo Templi innovatio instituitur à deo: ut homines informarentur, quod ad superandas furientes persecutionum turbines, hostiles tentationum incurfus ac ad resistentes infidiarum ventos cavendos, ut deus in omnibus glorificetur, multum prodest, ac interest, sic in te facias renovationem vitæ, discipline, ac

Cum innovatio ne minus tur omnia adversa.

QUÆSTIO XI.

Quare D. Paulus toties repetit Ierosolymam?

Quinques meo videri venit Paulus Ierosolymam primo post suam conversionem trienio peracto Actor. 9. n. 26. Galat. 1. n. 18. an. Christi 39. Secundo pro illa controversia de circumfisione Actor. 15. n. 14. anno Christi 51. Tertio modo in præsentis anno Christi 53. Quarto, ut ipse testatur, Actor. 21. n. 17. Quinto existimo, quod sicut Alit Apostoli ex toto terrarum Orbe convenerunt Ierosolymam ad transitum Beatissimæ Virginis Mariæ, sic etiam noster facer Apostolus Paulus adfuit sive dicamus quod transitus Virginis fuerit anno Baroni Christi 48. ut vult Baron. eodem anno n. 6. vel. ut graves alii Authores anno Christi 58. plus, minusve de quo variæ sunt opinioniones.

71. Paulus quin quies repetit Ierosolymam.

Existimo ergo tot vicibus repetivisse Jerusalem ut visitaret illam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & etiam, ut visitans veneraretur illud sanctissimum Sacramentum totius Orbis cum esset in vis, vel etiam post mortem, ut inviseret illa loca quæ ipsa Sanctissima Virgo Deipara dignata est sua præsentia, ac tactu consecrare. Noster enim Apostolus erat addictissimus, & maxime obligatus sanctissimæ Virgini Mariæ, ejus enim conversio illius precibus facta est, ut dixi cap. 9.

72. Paulus visitans repetit Jerusalem.

Merito tamen quæres; si Paulus erat tam devotus, obligatus, ac adstrictus Virgini Mariæ, cur eam aliquando non nominat in suis epistolis, cum de multis aliis faciat mentionem, & sanctissimum nomen Jesu plusquam per trecentas vices in suis epistolis commemorat?

73. Cur Paulus de Virgine non meminit.

Respondeo hoc fecisse Apostolum alta, & supremè sapientia; nam sanctissimum, ac salutarum nomen Jesu in illo principio aliquibus, & maxime Judæis non erat gratum, & ideo Magistratus, ac principes præceperunt Apostolis ne prædicaret in nomine Jesu, Actor. 4. n. 17. & 18. & cap. 5. n. 28. & aliis locis, ideoque Apostolus, ut hoc sanctissimum nomen insinuaret, ac imprimeret in cordibus fidelium frequentissimè illud habebat in ore, ac in nomine hoc sanctissimo omnia dicebat, illud tantquam invocans.

74. Actor. 4. Act 5.

At sanctissimum nomen Mariæ omnibus erat gratum, suave, ac delectabile, ut in magna perfectione Stephani, Actor. 8. n. 1. nullus aunderet contra eam aliquid moliri, ut jam notavi, tantaque est sublimitas, ac celsitudo hujus nominis M. quod nec Paulus, nec Petrus, nec Jacobus, nec Joannes, nec Judas Apostoli in suis Epistolis præ humilitate se abstinerunt, & tam venerabile Mariæ nomen nunquam pronuntiarunt, ac dixerunt, cum alias essent devotissimi, ac adstrictissimi sacratissimæ Deiparæ. Hoc ab Angelis sacri apostoli acceperunt.

75. Ob venerationem sacri Apostoli non dicunt in suis epistolis.

Cum ascenderet sacratissima Virgo in Cælum, ut communis est vox Patrum, mutuo interrogant Sancti Angeli inter se, Cantic. 6. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa, ut Sol, & tandem cap. 8. n. 5. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, immixta supra dilectum suum, ter interrogant Angeli quæ est ista, cum rectè nomen scirent, cur illud non dicunt, ac pronuntiant? quia volebant audire à respondentibus nomen Mariæ, ut illo audito delectarentur, ac jucundarentur. Richard. de S. Laurentio lib. 3.

76. Cant. 3. Cant. 6. Cant. 8.

valde dulce nomen Mariæ. Richard. de S. Laurentio.

Theoph. ac morum. Theophylact. apud Thom. ait: Sarges tu quoque, dum hiems imminet, id est vita præsens turbibus iniquitatis concussa, spirituales encanias tui Templi celebrari semper renovando te ipsum.

64. Hinc David clamans postulabat à deo Psal. 50. n. 12. Spiritum rectum innova in visceribus meis. Rectum, ut multi legunt; Fortem, stabilem, hunc quem habui in mea pueritia, ac juventute, nunc iterum modo in me reviviscere facias, exponunt D. August. noster Incognitus.

65. Angelus Sanctus vigil clamat de Cælo apud daniel. 4. n. 20. Succidite arbores, & dissipate illam; attamen germen radicem ejus in terra dimitte. In arbore omnia amputantur rami, folia, fructus, cur solum germen radicem permittitur permanere in terra? Lyran. Ad spem, Glossa moralis significat Vide supra c. 1. q. 21. n. 142. 143. Liberum arbitrium cum potestate revertendi ad bonum, & juxta Agricolæ arbor, quæ ex amputatis ramis pullulat, elegantiores, ac pulchriores fructus germinat.

Lyran Glossa.

Actor. 18. n. 19. Devenitque Ephesum, & illos ibi reliquit, ipse verò ingressus Synagogam disputabat cum Judæis.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE IV.

à Vers 19. usque ad 23.

66. Vers. 19. D. Evenit Ephesum. Arabicus: Devenit iter ejus Ephesum quæ erat metropolis Asiæ Minoris, in quo extitit illud celebre diana Templum, illos ibi reliquit, scilicet Aquilam, & Priscillam tamquam doctores, ut Ephesinos in Christi fide illuminarent. Disputabat cum Judæis, Syriac. Verba fecit. Ostendens per Scripturas Christum esse verum Messiam, & Salvatorem nostrum.

67. Vers. 20. Rogantibus eis: Flagitabant ab eo, ut amplius ibi permaneret ad ampliorem instructionem in fide, Non consensit. Assensum non præbuit quia volebat ad alium locum transire, ubi non erat prædicatum Evangelium ibi tamen ordinavit Magistros ad bonam illorum instructionem.

68. Vers. 21. Sed valescens dans eis pacem, & ad eorum consolationem addidit: Iterum revertar ad vos. Multa Græca exemplaria addunt: Oportet omnino festum, quod instat me agere Ierosolymam. Ita D. Chrysof. Oecum. Vatabl. Cajetan. Arias, & alii, & ideo Apostolus non poterat amplius ibi immorari.

69. Vers. 22. Et descendens ab Epheso Casaream ascendit Casaream Capadociæ, inquit Rabanus Beda, Lyran. Ganæus, & alii, quia Apostolus usque modo nunquam pervenerat in Syriam, alii vero ut Caietan. Arias, Vatabl. Baronius, & probabilis tenent Casaream Palestinæ innixi in illa Glossa græca: Festum instat, oportet me agere Ierosolymam, si Apostolus acceleraverat suam viam, ut veniret in Jerusalem, ad quid diverit iter per Capadociam, quæ longius distabat, ergo ordinavit viam per Casaream Palestinæ, quæ erat veluti in via; salutavit Ecclesiam scilicet Ierosolymitanam de qua quæst. sequenti.

70. Vers. 23. Et factum est ibi a quo tempore. Æthiopic. habet, Cum sedisset longum tempus scilicet in Antiochia confirmas Christianos per regiones, per quas ambulabat. Iterum revertitur in Asiam me-

D. Chrysof. Oecum. Vatabl.

Raban. Beda. Lyran. Ganæus. Caiet. Arias. Vatabl. Baron.

70. Æthiop.



lib. 1. c. 2. ait in persona Angelorum. Ter queritur, qua est ista, non tantum, quia persona mirarentur excellentiam: sed forsitan, quia dulce nomen Maria sibi desiderant responderi, & scilicet audire.

77. Honor. D. Bern. Tamen communiter Patres, & magis peculiari- ter Honorius, & Halgrinus ad cap. 8. Cantic. & D. Bernard. serm. de Assumptione, qui ait: Cum admiratione venerantes Angeli, quod sanctissima Virgo ascenderat plena aromatibus, pulchra, ut Aurora, Sol, & Luna, deliciis affluens omnium Coelestium donorum, innixa super dilectissimum filium Jesum si tot, & tanta magnalia Virginis Angeli dicunt, & clamant, solum ejus nomen non audent dicere, sed interrogant qua est ista: si hoc sanctissimum Mariae nomen inter ceteras magnitudines quid majus, & potius silentio, quam Canticis venerandum. Cum admiratione venerantes vide supra cap. 3. q. 11. n. 59. & cap. 12. q. 15. n. 101.

Act. 18. num. 24 Iudaeus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens devenit Ephesum potens in Scripturis.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE V. Usque ad Vers. 28.

78. Lyran. Ver. 24. Apollo nomen est indeclinabile apud Graecos. Alexandrinus genere, id est ut ait Lyran. natus in Alexandria per dispersionem Iudaeorum facta ab Antiocho Rege, Judaei dispersi sunt per varias terras, Vir eloquens. Syrus, Peritius facundia. Aethiopic. Vir prudens. Vatabl. Eruditus, alii disertus, & addit Textus: Peritissimus Scripturarum Arabicus: Pollebat scientia in Scripturis, de quibus quaest. seq.

79. Gracius. Ver. 25. Hic erat edoctus viam Domini, Graecus: Institutus tamquam Catechumenus, ac bene instructus in primordiis, ac doctrina fidei. Fervens spiritu. D. Chryso. exponit contritione, ac amore Dei, per qua ante Baptismum jam erat justificatus: At Hieronymus epist. 2. ad Nepotian. refert ad fervorem interpretandi Scripturas, cum videret Iudaeos ab eorum vero sensu aberrantes, & hoc magis coherere cum his, qua sequuntur, Fervens spiritu loquebatur, & docebat diligenter, qua sunt Iesu Christi. Et additur: Sciens tantum Baptismum Joannis Quo tantum erat initiatus, de quo quaest. sequenti.

80. Syriac. D. Chry. Ver. 26. Hic cepit fiducialiter agere. Syriac. Palam loqui. D. Chryso. Libere annuntiare, libere ac intrepidè Christum praedicare. Assumpserunt eum. Syriac. Adduxerunt eum domui sua. Maxime extollit D. Chryso. charitatem Priscillae, & Aquilae, qui Apollo introduxerunt in domum suam, ut eum illuminarent, atque in fide Catholica instruerent, non suam, sed Christi gloriam querentes.

81. Arab. Aethiop. Ver. 27. Et diligentius exposuerunt ei. Arab. Expositione perfectissima. Aethiopic. Inquisitius exposuerunt, in quo maxime laudanda est probitas, ac modestia Apollo, quod cum esset Vir doctissimus in Scriptura voluit magis informati, & instrui ab una muliere, & ab uno artifice fabrilis. Vide qua dixi supra c. 8. q. 17. à n. 147. usque ad 150. deinde prius nominatur Priscilla, & secundo loco Vir Aquila, ut videatur adimpletum illud Joëlis 2. n. 28. Et filia vestra prophetabitur.

82. Syriac. Ver. 27. Et cum vellet ire in Achaïam in qua parte est Corinthus. Exhortati fratres. Syriacus,

Pravenerunt exhortando. Ut perficeret quod creverat, & tenderet in Achaïam, sive Corinthe, ut ibi fideles multum sua sapientia, ac eloquentia confirmaret. Contulit multum his. Syriac. Multum juvit per gratiam omnes fideles, conferendo suam doctrinam cum his, qua Paulus docuerat: Unde ipse Apostol. 1. Corinth. 3. n. 6. ait: Ego plantavi, Apollo rigavit.

83. Arab. Aethiop. Gracius. Ver. 28. Vehementer Judaeos vincebat publice. Gracius: Fortiter magna efficacia. Arab. Perseveranter arguebat, Aethiopic. In lege sua redargebat manifestè, & conclusit contra eos ex Scripturis, Christum Iesum esse verum Deum, verumque Messiam promissum in lege, nostrumque Salvatorem.

QUESTIO XII.

Quare Apollo cum dicatur Vir doctissimus, dicitur tamen de eo sciens tantum baptismum Joannis, & quisnam ille esset?

84. Apollo apud Graecos nomen est indeclinabile, juxta radicem Hebraicam idem valet, ac Virans radio, ut tenet Pagnin. lib. de interpret. nominum hebraicor. Communior sententia est, quod sit distinctus ab Apelle, de quo apostolus facit mentionem, Rom. 16. n. 10. Salutate Apellem virum probum.

85. Hic noster alter distinctus ab eo ex multis conjecturis; de quo apostolus agit, 1. Corinth. citato loco. Ego plantavi, Apollo rigavit, erat Vir doctissimus, ac valde peritus in Scriptura, & sic Vatabl. vertit: Doctissimus Librorum veteris Testamenti. Adtentissimus erat spiritu, & zelo fidei, in ea confirmando fideles, novos adducendo, ac creando, judaeosque confundendo. Menologium Graecorum eum facit Episcopum Smyrnensem, in quo consentiunt. D. Dorotheus in Synopsi, & Baron. in notis, Martyrolog. Roman. 22. Aprilis eum numero Sanctorum adscribit.

86. Et cum esset tam doctissimus, dicitur de eo: Sciens tantum baptismum Joannis. Scire aliquando in Scriptura sumitur pro facere, 2. Corinth. 5. n. 20. Qui non noverat peccatum, id est qui non fecerat. Qua ignorabam, id est qua non fecerat, interrogabant me, sic in praesenti sciens Baptisma Joannis, id est factus, seu baptizatus baptismate Joannis, & videtur, quod iste baptismus fuerit ab eo susceptus per ipsum Joannem Baptistam, Joannis enim baptismum non legimus fuisse ab aliquoquamque ministratum; at Christi baptismus, non solum ab ipso, sed etiam ab apostolis esse ministratus.

87. Nota v. v. Christiani alios adducere ad Christum. Tertull. Apollo ut initiatus baptismum Joannis, & ut Catechumenus praedicabat in Synagogis confundens Iudaeos, baptizatus in domo Priscillae, & Aquilae praedicat in toto mundo, & statim parat transire in Achaïam, hoc est Corinthum, ut alios adducat, & convertat ad fidem in Christo, quod est signum veri, ac perfecti Christiani. Tertullian. in apolog. cap. 9. ait: Quid denique singularis Christiani? Non erit, opinor, legitimus Christianus nisi frater, aut filius, scilicet fiat sua doctrina, & praedicatione.

88. In ultima die iudicii, ut dominus proferat finalem sententiam, scribit D. Matth. 25. n. 23. Seatnet oves à dextris, & hados à sinistris. Videtur comparatio non bene coherere inter se; nam sicut dicitur oves à dextris, sic videbatur dicendum, & capreas à sinistris, mutuo sibi correspondent oves, & capreae sicut agni, & hedi: Ponuntur oves à dextris tamquam fecundae, quasi quod inde tantum locum

locum obtinent, quod multos filios pepererint Christo. hadi vero tamquam steriles, & inepti, ad generandum à sinistris collocantur, ac si maxime ex eorum ineptitudine, illorum crimines, & culpa aggravata sint. D. Hieronym. ibi. Nec dixit Capreas, qua possunt habere fetus, omnes gemellis facibus, & sterilibus nulla inter eas.

89. Cum valde sollicitè Anima sancta quaereret suum dilectum Sponsum, à sodalibus invitatur qualis est ille, tunc vero ipsa large se diffundit in exponenda ejus pulchritudine, ac venustate Cantic. 5. n. 10. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, caput ejus aurum optimum. Et sic multis aliis describendis prosequitur, ad quod tendit tam panegyrica oratio: ut tot, tantisque praconiis sodales exhortentur ad ipsum perquirendum ut ejus gaudeant consortio, quod non solum sibi volebat Anima sancta, sed cum aliis participatum. ac communicatum habere, quod bene agnoscentes sodales dixerunt, Ibid. n. 17. Quo declinavi dilectus tuus, & quaeramus eum tecum?

90. Otenso libro dicitur Ezechielis. n. 5. Comede volumen istud, & loquere; illud volumen erat divinae legis, cum quo dabatur scientia ac intelligentia, sed ad quid dabatur, loquere; ut praedicaret, ac doceret, sic & dicitur Joanni Apocalyp. 10. n. 9. Accipe librum, & devora, & ad quid angelus explicat. n. 11. Oportet te iterum prophetare gentibus. Coelestia scientiae, ac virtutis dantur à Deo, non ut quis ea in se retineat, & includat, sed ut alios illustret, illuminet, atque instruat. D. Chryso. serm. 3. in Pentecostem ait, Quia ille quidem abiret infectatus peccata, calamitatesque ploraturus Iudaeorum, hic vero peccata orbis terrarum absumpturus.

91. Otenso libro dicitur Ezechielis. n. 5. Comede volumen istud, & loquere; illud volumen erat divinae legis, cum quo dabatur scientia ac intelligentia, sed ad quid dabatur, loquere; ut praedicaret, ac doceret, sic & dicitur Joanni Apocalyp. 10. n. 9. Accipe librum, & devora, & ad quid angelus explicat. n. 11. Oportet te iterum prophetare gentibus. Coelestia scientiae, ac virtutis dantur à Deo, non ut quis ea in se retineat, & includat, sed ut alios illustret, illuminet, atque instruat. D. Chryso. serm. 3. in Pentecostem ait, Quia ille quidem abiret infectatus peccata, calamitatesque ploraturus Iudaeorum, hic vero peccata orbis terrarum absumpturus.



CAPUT XIX.

- 1. Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inveniret quosdam discipulos.
2. Dixitque ad eos, si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, sed neque si Spiritus est, audivimus.
3. Ille vero ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Joannis baptismate.
4. Dixit autem Paulus, Joannes baptizavit baptismate poenitentiae populum, dicens, In eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est in Iesum.
5. His auditis baptizati sunt in nomine Domini JESU.
6. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.
7. Erant autem omnes viri fere duodecim.
8. Introgressus autem Synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de regno Dei.
9. Cum autem quidam indurarentur, & non crederent maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam.
10. Hoc autem factum est per biennium, ita ut om-

nes, qui habitabant in Asa audirent Verbum Domini, Iudaei, atque Gentiles.

- 11. Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli.
12. Ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & Spiritus nequam egrediebantur.
13. Tentaverunt autem quidam, & de circumventibus Iudaeis exorcistis, invocare super eos, qui habitabant Spiritus mali, nomen D. Iesu, dicentes. Adjuro vos per Iesum, quem Paulus predicat.
14. Erant autem quidam Iudaei Sceva Principis Sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant.
15. Respondens autem Spiritus nequam dixit eis, Iesum novi, & Paulum scio, Vos autem qui estis?
16. Et insiliens in eos homo, in quo erat demonium pessimum, & dominatus amorum invadit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent, de domo illa.
17. Hoc autem notum factum est omnibus Iudaeis, ac que Gentilibus, qui habitabant Ephesi, & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu.
18. Multique credentium veniebant, consistentes & annuntiantes actus suos.
19. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosi sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum invenerunt pecuniam denariorum 50. millium.
20. Ita fortiter crescebat verbum Dei, & confirmabatur.
21. His autem expleis proposuit Paulus in Spiritu, transire Macedonia & Achaia ire Ierusalem, dicens, quoniam postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.
22. Mittens autem in Macedonia duos ex ministrantibus sibi, Timotheum, & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia.
23. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini.
24. Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens edes argenteas Dianae, praestabat artificibus non modicum quaestum.
25. Quos convocans, & eos qui huiusmodi erant opifices, dixit; Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio.
26. Et videtis, & auditis, quia non solum Ephesi, sed pene totius Asia, Paulus hic suadens avertit multam turbam, dicens; Quoniam non sancti dei qui manibus sunt.
27. Non solum autem hac periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magna Diana templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia, & Orbis colit.
28. His auditis, repleti sunt ira, & exclamaverunt, dicentes; Magna Diana Ephesorum.
29. Et impleta est Civitas confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum rapio Caio, & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli.
30. Paulo autem volente intrare in populum non permisit discipulis.
31. Quidam autem, & de Asia Principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum rogantes, ne se daret in theatrum.
32. Alii autem aliud clamabant: Erat enim Ecclesia confusa, & plures nesciebant qua ex causa convenissent.
33. D: turba autem detraxerunt Alexandrum, proponentibus eum Iudaeis. Alexander autem manu silicio postulato, volebat reddere ratione populo.